Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



fecerant qui accesserunt ad prin
cipes sacerdotum et seniores. et
dixerunt. Detestatione detestamus
nos nichil gustaturos donec occida
mus paulum. Nunc ergo uos no
tum facite tribuno cum concilio ut
adducat illum ad uos tanquam aliquid certius cognoscen
tes de eo nos uero priusquam appro
piet paratiores sumus interficere illum
Quod cum audisset filius sororis
pauli insidias uenit et introiuit in
castra et nunciauit paulo. Vocans
autem paulus ad se unum de centu
rionibus dixit. Adolescentem hunc
perduc ad tribunum habet enim aliquid
indicare illi. Et ille quidem assumens
eum duxit ad tribunum et ait. Vinc
tus paulus rogauit me hunc ado
lescentem perducere ad te habentem ali
quid loqui tibi. Apprehendens autem
tribunus manum illius secessit inde
cum eo seorsum et interrogauit di
cens. Quid est quod habes indicare
mihi. Ille autem dixit. Iudeis con
uenit rogare te. ut crastina die pa
ulum producas in concilium qui
aliquid certius in quirere sint de ho
mine uero ne credas illis. Insidiantur
enim ei uiri ex eis amplius quam quin
que se deuouerunt non manducare
neque bibere donec interficiant eum
et nunc parati sunt exspectantes
promissum tuum. Tribunus igitur
dimisit adolescentem precipiens ei
ne cui loquatur quoniam hec sibi
nota fecisset. Et conuocatis duo
bus centurionibus dixit illis. Pa
rate milites ducentos ut eant
usque caesaream et equites septuagin
ta et lanceatos ducentos a tertia
hora noctis et iumenta imparate ut
imponentes paulum saluum eum
perducerent ad felicem presidem. Ti
mens enim ne forte rapent eum iudei
et interficiant et ipse postea calum
niam sustineret quasi pecuniam
accepisset. scribens ei epistolam continen
tem hec. Claudius lysias optimo
presidi felix salutem. Virum hunc
comprehensum a iudeis et incipientem
interfici ab eis superueniens cum ex
ercitu eripui eum cognito quia rom
anus est. Volensque scire causam
quam obiciebant illi deduxi eum
in conciliuum illorum quem in
uenit accusari de quibusdam legis
ipsorum. Nullum uero dignum morte
aut uinculis habentem crimen. Et
cum michi patuisset de insidiis
quas paratiores erant ei misi illum ad
te denuncians et accusatoribus ut
dicant apud te. Vale. Milites ergo
secundum preceptum sibi assumentes
paulum duxerunt illum per noctem
in antipatridem et postera die di
missis equitibus ut irent cum eo
reuersi sunt in castra. Qui cum
uenissent caesaream et tradidissent
epistolam presidi statuerunt ante illum
et paulum. Cum legisset autem et
interrogasset de qua prouincia esset
cognoscens quia de cilicia esset.
Audiam inquit te cum accusatores